

## T A

stro, reliquo corpore nigrum, & cibis inutilem.

Syrupa, olivæ condiendæ genus est Columellæ. Nunc succos herbarum Syrupos uocant in officinis.

*σύρυγξ ἵππα, id est, sacra fistula.*

## S Y S

Systole, est contractio sensum non mouens, quæ ratione & consequentia deprehendatur. Galenus de Definitionib. Vel, *εὐσολή, arteriæ submissio & contractio.*

## T A B

**T**Abani, genit. insectorum. Plinius libro. ii. capite. 33.

Tabes, Latinorum uox latius patet, ut inquit Vergilius, *φθίσις*. Hi enim hac uoce tantum utuntur, cū quibus a capite in pulmonem descendens destillatio eos exhalcerat, febris fit, & frequens tussis est. Latini uero, nō tantū hoc mali genus Tabem dicunt, sed quam Græci *ἀτροφίαν*, & *καχεσίαν* appellant. Quarum prima illa fit, quoties corpus non aliatur, decedentibus semper aliquibus, nullis uero in eorum locum succedentibus. quo malo affectos Plinius semper uocat, qui cibum non sentiunt. Secunda illa, cum malus corporis habitus est, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. Quod fere fit, cū longo morbo uitia corpora, etiam si illo uacant, refectionem tamen non accipiunt. Principiisq; subeuntium aquarū malum corporis huiuscmodi habitum esse, testatus est Paulus Aegineta. Et quoniam tria hæc mala summa semper macies sequitur, ideo Latini communī Tabis appellatione omnia indicarunt. Græci diuersis, proprijsq; in singulis generibus uocibus usi, singula certius docuerunt. *φθίσις* dicta est a Græcorum uerbo *φλίψις*, id est, diminuere. Vnde & autumnum *φθινόπωρον* uocauerunt, quod eo tempore poma, fructusq; omnes, & folia quasi mortis quadam similitudine paulatim decidant. Quinetiam in numerandis ex lunæ luminibus mensum diebus, eadem gens tertię Decadis dies sic quondam numerabat, ut *πρώτη φθινουσσον*, sicq; deinceps, id est, prima diminuentis se mensis, id est, lunę dicerent, propria eius uerbi ui in eo sidere utentes: quod a plenilunio quotidiana lumen dimiuuntione, usq; ad nihilum & tenebras decrescit,

## T A

Vicinitate nominis facilis quoque lapsus est in dictione *φθίσις*, quod & ipsum mācē signat; sed ex alia cauſā, priuatim ad eam maciem, diminutionēq; contracta, quæ ex hulcere, perpetuaq; eius uomica fit. Quo malo quoties corpus tebescit, *φθόνη* Græci id dixerunt.

Tabes, etiam arborum morbus, apud Theophrastum lib. 4. cap. 17.

Tabulata in arboribus sunt ordines ramorum, de quibus ait Poeta, Assuescant summa masq; sequi tabulata per ulmos. Quem locum enarrans Seruius, ait, Tabulata sunt rami effusiores, & in plana tendentes, non ad altiora crescentes. Sunt in arborib. ima & summa tabulata ramorum. Plinius docet, tabulata ulmarum ab octauo pede altitudinis dilatari collibus, siccisq; agris, a duodecimo in campestribus & humidis. Columella lib. 5. cap. 4.

## T A C

*ταχηα τῶν πινομένων διέξοδος, unde & οἱ αἰάται nuncupatur, uelut transitus, ἀπὸ τὸ διαφαίνειν.*

Tactus Lege, Sensus sunt quinque.

Tactus fit ab eo qui corpus contingit. Unde spiritalis comprehensiones fiunt.

Tacuinos appellant, nī fallor, Italico idiomate, tabel'as, siue tesserulas. Redegit in huiusmodi Tacuinos fere totam medicinam Eluchasem, et Buhalylyha Arabes.

## T A L

Talassinus color. Lege, Color uarius.

Taleæ, scissiones sunt lignorum, & præsegnina.

Talentum Atticum, sexdecim ( inquit Plinius ) sestertia ualebat, hoc est, pondo quadrageinta. Aegyptium pondo octuaginta: in quibus tamen haud scio an sit error numeri. Cleopatra pondo centū uigintiquinque talentū facit, hoc est, sestertiorū quinquaginta, quanti stipendium tribuni militaris suit. Aphricanus talentū omne pondo sexaginta tradit, propter quod Græci per literam, & decussatā, præfectamq; obelo, intelligunt talentū, quod nota ea numerum sexagenarium significet. Qui uero libræ, hoc est, pondo, apud alios maiores, apud alios minores sunt. Hinc efficitur, ut talenta quoq; non idem ubiq; ualeant. Pollux, Talentum, inquit, pro aureis nummis tribus imputabatur. Nummus aureus pro-

## T A

drachmīs durabus atticis. Homero certe parua res uidetur talentum fuisse, apud quē in cursus certamine tertius lebetem, quartus duo aurū talenta retulerūt. Erant ergo talentorū multa nomina; Ptolomaicum, Syrium, Tyrium, Antiochenū, Atticum. Pondere quidem pari omnia, sed ad nummum collata differunt. Atticum Tyrio æquale, sed plus quadruplo ualens quam Ptolomaicū: sesquitercio quam Syriacum, Antiochenūq;. Aphricanus hæc. Aelianus Babylonicum talentum duo milia & septuaginta minas Atticas fuisse tradit. Vixtruius quoq; de talento uariat. Strabo & Euboicum celerrimum.

Taleolæ, herbarum quadratæ incisiones, dum in sole sunt desiccatae.

Tali in homine non sunt: & si tibiarum processus imi, qui Malleoli dicuntur, talorum nomina accæperunt: unde Talaria dicta sunt. Simileq; in cane est, quod & a M. Varrone Talus dicitur.

Taliaginæ, hoc est, ex talia arbores confectæ, cuius materies odorata est, nec teredit nescit. Fascijs tiliaceis fasceabatur Antoninus, ut rectus incederet. Ex Tilię membranis tenuissimis fiunt coronæ, uel coronarum ornamenta, Phylire uocantur: de quibus aliubi plura. Columella libro. 12. capite. 45.

Talpa, inter abscessus numeratur, a barbaris atheromatis, & meliceradum species.

Talus, Astragalus suillus, in hominibus Malleolus.

## T A M

Tamarix, est quam & Myricen uocat, quæ ad liuem præcipua est, si succus eius expressus in uino bibatur: adeoq; mirabilem eius antipathiam contra morbū hūc uiscerum faciunt, ut affirment, si ex ea factis aliueis bibat sues, sine liene inueniri: & ideo homini splenetico cibum, potumq; dant in uasis ex Tamarice factis. Vulgus infelicem eam arborem uocat, quoniam nihil ferat, nec seratur unquam. Columella lib. septimo, capite decimo.

Tamarix, Lege, ἐπείκα.

Tamarice, Vide, Myricen.

## T A N

Tanachion, Coniza, apud Dioscoridem libro tertio, capite. 135.

Tanacetum, altera species Artemisiæ, alio

## T A

nomine Athanasia. Teut. Reynfarn. Tanagrici, a Tanagri ciuitate Bæotie, quā Homerus uocat χαιαν: quæ & prius, ut docet Stephanus, uocabatur ποιησερπία. Tanagrī galli, autore Varrone, sunt sine dubio pulchri, & ad præliandum inter se maxime idonei: sed ad partus sunt sterilio res. Plinius de gallis gallinaceis loquens, ait: Patrias nobilitauerūt Rhodum ac Tanagrā. Tanagrae meritricis meminīt M. Tullius. Colum. lib. 8. cap. 2.

Tantalitis, Lithospermon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 159.

## T A R

Tarandus, in Scythia gignitur, magnitudine tauri, pelle uersicolore: ex qua scuta Schytæ faciunt, ferro impenetrabilia. Aelianus, Plinius, & Aristoteles.

ταράξις ὄφθαλμος, humiditas oculi, simulq; cum rubore præter naturam calor, non ex intrinsecis caussis facta, sed foris adueniente cauſa aliqua, ueluti sole, puluere, oleo. His enim omnibus ταράξις, id est, per turbatur oculus. Differt ab ophthalmia, quæ absq; manifesta cauſa fit.

ταρανολητικός, emplastrum, sic a glutinando dictum. Celsus lib. 5. cap. 19.

Tarantulas, Hermolaus Barbarus stelliones eas interpretatur, qui in Italia reperiuntur. Sunt & Apulorum Tarantulae in agris, phalangiorū fortasse generis, ueni ni presentanei.

Tarcon, uulgo Draconem herbam uocat. Tardantes figure febrium uocatur, ubi tardius pro solito more febris subinde redit.

Tarentinæ oues. In genere ouium summa dignitas fuit Tarentinæ ouibus, quæ propter bonitatem lanæ pellibus integebantur, ne lana inquinaretur. Hinc Plinius nosfer, id ouium genus elegantius uocat teatum, cū operimento tegeretur. Et a Varrone Pellitæ nominantur. De quibus intellexit Horatius illo sapphico uersiculo, Dulce pellitæ ouibus galesi Flumen. Igitur cū Tarentinum pecus sit ex omnibus mollissimum, maximeq; hirtum, hoc est, lanigerum, atq; uillosum, nullamq; domini aut magistrorum inertiam sustineat, defuderat curam maiorem, & rationem longe aliam in pastione, quam faciat reliqui ouaricū pecus. Illud adnotandum, Tarentum, Sabinorum lingua, molle significari.

## T A

Vnde quidam Tarentinas oves, & nubes dici autumant, quia sunt molles. Hinc Horatius optimo epitheto uidetur dixisse, & molle Tarentum. Quium Tarentinarum, tanquam elegantissimarū meminit Plautus in Truculento, his uerbis, Argentum meo qui debebat patri. Qui oves Tarentinas erat mercatus, de patre querit patrem. Columella.

Tarentinū porrū. De hoc Epigrāmatista, Fila tarentini grauiter redolentia porri, Edisti quoties oscula clausa dato.

Columella lib. s. cap. ii.

Tarentina nux, dicitur a mollicie corticis, eo quod uix attrectata frangatur.

*ταρεχα* oua. Lege, *ωοταρεχα*.

*ταρεχενω*, muria condo. Lucian. in Luctu. *τεκησις ταρεχενει αιγινηθιθ*.

*ταρεχοπάλθ*, id est, Salsamētarius. Huiusmodi deos quosdam facit *κυ καπηλους*, id est, Caupones Lucianus in Toxari.

*ταρεσος*, pars ea palpebre, unde pili exoriuntur: dicti Blepharides.

*ταρεσος*, superioris pedis pars.

Tarsus, montis in pede anterior pars, ab digitis etiam, apud Homerum.

Tarum. Lege, *ἄγαλμοχορ*.

Tarum, aromaticus, & odoriferus frutex.

Plin. lib. 12. cap. 20.

## T A S

Tasis, picis genus crudum, in defrutū Neopolitanum addi solitum.

Tassus, mustela, eius generis, quæ alio nomine uocatur Meles. Aelianus.

## T A T

Tatyris, idem quod Phasianus.

## T A V

Taura, sterilis uacca.

Taurion, Lycnis coronaria, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 113.

Taurocolla, gluten uulgatum, apud Diosc. lib. 3. cap. 100.

Tauroceros, Tribulus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 17.

Taurum. Lege, Sutura.

Taurus apocathemenes, Lycnis agria, apud Dioscor. lib. 3. cap. 114.

Taurus. Lege, Orron.

## T A X

Taxa. Lege, Laurus taxa.

Taxus, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 83.

Taxus smilax, a quibusdam Thymion, apd

## T E

Dioscoridem libro sexto, capite. 12.

## T E C

*τηκησιδωψ*, tabes, corruptio, caries, quæ interdum accidit ossi, ut inquit in. 3. Method. Galenus.

*τεκημαρσις*, est quæ per *τεκημησιου* fit cognitio. *τεκημησιου* autem appellant ueteres syllogisticum signum, non autem simpliciter signum omne. Autor Galenus libro. 1. de ratione uictus in morbis acutis.

*τεκημησιου* quid sit, require in dictione *τεκημαρσις*

Tecolithos, Iudaicus lapis: sic dictus, quia calculos absumat: quod ab Galeno falsum existimatur.

Tectum pecus dicitur, ad differentiam Colonicī: appellatū tectum, quod operimentis regeretur. Item,

Tectum pecus, id genus ouii signat, quod propter lanitij elegantiam operimentis tegitur, & ob id Tectum pecus nominatur. Horatius id genus oves Pellitas appellat illo sapphice uersiculo: Dulce pellitis ouibus galesi Flumen. Columella libro septimo, capite secundo.

## T E G

Teganites, placentula in sartagine coquuntur ex oleo.

Tegere uites, significat ex folijs palmarum cōtextas adhiberis solitas ad uineam adumbrandam per cynocaumata: sic enim uocantur calores aestuosi Caniculae. M. Varro appellat Tegeticulas canabrinas, ex canabi factas. Colum. lib. 6. cap. 3.

Tegulae deliciæ, a delicato tigno dictæ. Has alij Colliciæ uocant.

Tegumē balani, id est, præputiū, a quo dempto & præfecto, Iudæi Apellæ dicti sunt.

## T E L

Telamones aues. Lege, Porphyrides.

*τελεφιου έλκθ*, uide in *χειρωνειου έλκθ*: & apud Plinium lib. 25. cap. 6. Et in Chilia dibus Erasmi, prouerbio, Chironion ulcus. Vbi nota, quod corrupte in Auicenna legitur, Charonis ulcus.

Telephium, aliqui sylvestre Semperiuium appellant, ut inquit Dioscorides, herba sylvestris Portulace similis. Dio. li. 2. ca. 207.

Teline, Cytisus, apud Dioscoridem libro 4. capite. 114.

*τάλινου έλαιου*, unguentum ex Fœnograeci confectione.

## T E

Telephion, Portulaca sylvestris.

*τῆλις*, id est, Foenugrecum.

Telinum, e Silicula, id est, Foenugreco nomen habet, in Telo insula etiam Menandri temporibus celeberrimum.

Tellinæ. De Tellinis in hanc fere sententiam Barbarus. Qui Tellinas, inquit, interpretantur in Martialis Poeta, mytulos, in proprio locutos arbitror. Cū aliud genus mytulos, aliud tellinas autor. Diós, cōstet. Athenœus certe Mytulos a Romanis uocari eas existimat. Sunt qui Tellinas, & Crenia, id est, pectunculos idem esse iudicent: a celeritate crescendi nominatas, ὅτι τάχιστα γίνονται τελειαι, hoc est, ocyissime perficiuntur: quod Aristoteles tam per trunculis, quam purpuris tribuit communne. Anno enim magnitudinem totam implent. Plinius certe medicinas quæ hic de Tellinis redduntur, ad uerbū fere pectunculis adscripsit. Tellinas ad Canopū in Aegypto frequentes esse narrant, quarum tenuiores, exilioresq; Basilicas, hoc est, regias appellant; his dulciores esse fluuiatiles e Nilo. Romæ circumferuntur pusilli quædam conchulæ, quas qui uendunt, Tellinas prædicant. Hę uulgaribus conchis minores & leuiores sunt, & candidæ, nec striatae: quas Veneti pescatores a capparis similitudine Capparoculas appellant.

*τελιναι*, genus Conchyliorum.

## T E M

Temperamenta omnium partium corporis, lege apud Galenum de Temperamentis libro primo, a fine statim ex editione Basiliensi, fol. 14. & se.

Temperantia. Lege, Virtutes corporis.

Temperies inæqualis uocatur, cum eodem tempore, simul & semel, corpus simul frigidum est & calidum, simul & humidum & siccum, etiamsi id impossibile esse uideatur. Galen. lib. de Morborum cauiss.

Temporius, tempestiuus, maturius, citius, aduerbiu[m] est: cui opponitur, serius. Hinc illud Nasonis: modo surgit eoo Temporius cœlo, modo serius incidit undis. Columenta lib. 8. cap. 4.

Tempus, est numerus primi motus, secundum prius & posterius.

Tempus. Quo tempore qualibet arbores & ligna sint cedenda, lege apud Victruum libro secundo, capite. II.

## T E

## T E N

Tenacia, siue lenta sunt, quæ cum liquida, molliae sunt, protrahi possunt. 4. Mete, capite nono.

Tendones, nerui, quos & ἀπορευγότεις, id est, a neruis ortos cognominant, latentes in musculis ipsis. Galenus libro primo de locis affectis. Tamen libro secundo capite primo uniuscum neruosum genus in unicam appellationem cogens, tum uincula, tum tendones uocat: quippe ex ijs per carnem dispersis, muscularum essentia constitit. Vide Galenū libro de motibus Muscularum.

Teneiensis, in Tenei maris ora collecta purpura.

Tenesmus, assidua desidendi est cupiditas, inferioribus partibus accidens affectus, & ipsi recto intestino, ut inde multe fiant desidendi uoluptates, & pauca recrementa ejiciantur.

Teneotica charta, a uicino loco, pondere iam non haec uenalis,

*τενια*, mollis fascia.

Tenia, & Tineæ. Vide, Latilumbrici.

*τενιον*, neruus, a calcaneo.

Tenontagra, *τενόνταρη*, distentio.

*τενοντες*, τὸ τεραχήλας τὰ ὄπαδεψ, id est, colli posteriores partes, habent enim ij in ea parte usum, ut in flexu capitatis alter semper intentus, ueluti centrum caput sustineat, alter uero motum illidat.

Tensiūs dolor uocatur, quod extensionis sensum membris inducit.

*τενθιδες*. Lege, Sepias.

*τεντεια*, uoracitas. Philoxeni & Pythilli uoracitatem, uide apud Athenœum libro primo Dipnosophistarum.

Tentigo, ad coitum prurigo.

Tentio, affectus intestini recti eandem habens cauissam & dispositionē, quam in difficultatibus intestinorum suscipit. Vocatur & ea tentio, cum cacare appetimus, & continue tamen extergimus: qui affectus mulieribus utero gerentibus, facit abortum, ut inquit Galenus libro septimo Aphoris. Aphor. 27.

## T E P

*τεπηγες*, Cicadæ.

*τεφρα*, id est, cinis.

## T E R

Teramis. Vide, Orron,

## T E

Terebratione, id est, illius insitionis quæ fit cum terebra. De qua sic inquit Cato: Terebra uitem quam inserere uoles pertundito: eo duos surculos uitigineos, quod genus esse uoles insertos, obliquos arcito ad medullam. &c. Colum..lib.5.cap.9.

Teredines, uermes sunt in ligno nascentes, a terendo dicti: siue a græco. Nam & Gre

*τερπεδώνες* uocant.

*τερπεδών*, id est, caries, litera abundare uidetur, quippe quod a tremate, id est, foramine dictum creditur, perinde ac si tredo quædam, id est, foratio sit. Oritur autem, ubi acres humores ossa rodunt.

*τερπλονίζω*, sentio teredinem.

Termes, termitis, ramus ab arbore recisus.

Termenthinæ loco, quæ olim ex Chio optima afferebatur, hodie utimur Peucina & Laricea resina.

*Terminalis*, sylvestris Cannabis, apud Di-

*scoridem lib.3.cap.166.*

Termites sunt ramuli arborum, maxime oliuarum: ut Porphyrio docet, enarrans illud Horatianum: Nunquā fallentis termes oliuæ. Aulus Gellius ramusculos palmarum, Termites appellat his uerbis: Spadica dorici auulsum e palma Termitem cū fructu. Item, quoniam Termes palmæ ex arbore cū fructu auulsus, Spadix dicitur. Columella lib.7.cap.9.

Terminalium, id est, Enula campana.

Ternarios scrobes appellant quoquo uersus pedū triū, sicut quaternarios quoquo uersus pedum quatuor. Columella libro 11.capite.2.

Terophonon, Aconitum, apud Dioscoridem.lib.4.cap.80.

Terra glutinosa, Gyps.

Terra Ampelitis, in Seleucia iuxta Syriam nascitur, bituminis simillima. Dioscorides libro.5.cap.172.

Terra Chia, apud Dioscor.lib.5.cap.165.

Terra Cimolia, est apud Dioscoridem lib.5.capite.167.

Terra Eretaria quæ sit, uide in Dioscor.lib.5.capite.162.

Terra fornacū, eiusdem cum usta effectus.

Lege Dioscor.lib.5.cap.170.

Terra Lemnia, id est, e Lemno insula: eius iuuamenta lege apud Dioscoridem lib.5.

capite.104.

Terra Lemnia hodie non habetur. De hoc

## T E

consule Herbarij nostri tomum secundum in locis diuersis. Lege, Lemnia terra.

Terra Melia, colore cinerea, Eretriam imitatur, aspera tactu. Dioscorides libro quinto, capite.171.

Terra pingitis, colore Eretriæ similis, granularibus tantum glebis. Dioscorides lib.5.cap.168.

Terra Samia, apud Dioscoridē libro quinto, capite.163.

Terra Selinusia, lactei coloris est. Vide Di-

scoridem lib.5.cap.166.

Terra Smectis, eadem quæ & Cimolia apud

Pollucem.

Terra usta, id est, terra fornacum.

Terra omnis. Vide Dioscor. libr.5.cap.161.

Terræparine, Anemone.

Terræ intestina, uermes terrestres.

Terræmotus uocatur, cum flatus aduenia, introrsus in terræ caua irrumpens, deinde exitu omni inclusus, intus sese uersando, ingenti ui terram quatit, nequicquam extum queritans, ex quo fit terræ illa concusso & tremor.

Terrigena. Lege, Cochlea.

Tertiatio, oleum tertie pressuræ, sicut iteratio, oleum secundæ pressuræ. Columella lib.11.cap.49.

Tertiatur dodrante. Familiare est Columellæ, assis nomine totum significare, & consequenter per uncias intelligere partes: sicut nomine dodrantis intelligi uult nouæ partes unius operæ sufficere ad tertianum agrum, id est, ad tertiam arationem singula iugera peragendum. Columella lib.2.capite.4.

## T E S

Tessalatae tunicae, uestis genus. Plin.lib.35.

Tessellata, Mercurialis herba, apud Dio-

scoridem lib.4.cap.201.

Testa, tam bellum ulceris nomen in capite, quam testudo est, barbaris protritum & frequens.

Testiculi sunt carnosæ, & in minutissimas partes abscti, humili, & calidi, concoctionem seminis in eius meatibus absoluunt.

Testiculus canis, Cynosorchis, apud Dio-

scoridem lib.3.cap.142.

Testiculus satyri, Satyrium Erythronium,

apud Dioscor.lib.3.cap.145.

Testas, ὄσπεννα uocant Græci. Egit de Te-

stis Dioscor.lib.5.cap.169.

## T E

Testudinem uocant barbari Medici tumor em mollem, uel non ualde durum, fatis autem magnum, in quo pinguis materia, tunica quadam obtecta tenetur: quae caluarię ita hæret, ut ipsam plerumque uitiet. Hanc non est dubium de numero esse abscessuum, & sub meliceride, uel atheromate contineri. Testudinum descriptionem uide apud Pliniū lib. 9. cap. 10.

Testaceis puluinis fibulantur, i.e. alligatur, et quibusdam quasi fibulis coagmata connectuntur. Fibulationes a Vitruvio dictæ coniunctiones fibularum in machinationibus. Diffibulare, est fibulam dissoluere: quod & Refibulare dicimus. Quāuis apud Eptgrammatistam id uerbū dicatur in re obsoena de fibula citharoedorum, & comoedorum, cuius cum mordacitate satyrica mentio est apud Poetas. Testacei autem pului ni in pavimentis dicuntur coagmenta spicata, & lorationes, quibus ad regulā perfricantur, ut nullæ lacunæ insint. Et sunt quasi extantes cumuli. Item puluini sunt eminentiores parteis in areis agrorum, & quasitori. Colum. lib. 1. cap. 6.

## T E T

**Tetras**, spec: es spasmi, ubi in neutram partem riget caput & reliquum corpus, sed ueluti solidissimum, siccissimumque aliquid inflexum, immotumque rectariget. Item, **Tetanus**, est extensio & suffocatio omnium corporis muscularum & nervorum. Velsic, **Tetanus** est conuulsio, cū in rectum collum trahitur, & maxille & dentes stridore concutiuntur, neque collum nuere, neque renuerere potest.

**Tetanici** sunt, qui musculis sunt rigenteribus, ita ut se inflectere non possint.

**Tetragastris**, Dioscorides uocat quartanarios febricitantes.

**Tetragastris**, id est, curata uocant emplastrum, cum ex seu, puto emnes membranæ diligenter exemptæ sunt ex alio medicamento. Celsus lib. 5. cap. 19.

**Tetradix**, Lege, ἐγείνα.

**Tetragonia**. Ibidem.

**Tetralix**. Ibidem.

**Tetragnathus**, species est Phalangij, subalbida, pedes scabros habens, & iuxta caput eminentias duas: unam rectam, alteram latam: ut existimes eum ora quidem habere duo, maxillas autem quatuor, et lineam

## T E

per os equalē. Aecius libro. 13. cap. 17. Tetrapelyrades, locustæ uocatae sunt ab Iōnibus, forte a numero pennarum.

**Tetragastris**, emplastrum, sic dictū est, quod ex quatuor rebus componitur, pure mouendo: quonon aliud melius. Celsus libro quinto, capite. 19.

**Tetragastris**, id est, Moretum.

**Tettaros**, Phasianus.

**Tettigies**, Cicadæ.

Tettigoniæ, minores cicadæ, magis canore, Teucria, idem quod Teucrion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 110.

Teucrion, præter alia etiam Chamædrys, apud Dioscor. lib. 3. cap. 111.

Teucris, idem quod Teucrion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 110.

Teuthalis, Polygonum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 5.

Teuthos, Lege, Sepias.

Teuthrion, Polium montanum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 122.

Teuthrion, Erythrodanum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 161.

**Tetūtau**, Beta.

Teuxinon, Aristolochia longa, Dioscor. libro. 3. cap. 5.

## T H A

**Thæλæμαι**, interna foramina cerebri, per quæ cerebri redundantia excernit.

Thalassia, Androsace, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 151.

Thalassion, Papaver corniculatum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 59.

**θæλæσσονγάμβη**, id est, marina Brassica, album soluens.

Thalictron, caulinum habet crassitudine Papaveris, ut inquit Plinius; Rutæ, ut Galenus, Cubiti, ut Dioscor. lib. 4. cap. 99.

Thallia, Capparis.

**θæλω**, uerbum Græcum est, quod significat uiresco, & germino. Inde Thalli dicti stipites in cepis, & folliculi, quos vulgus uocat germina, quibus semen continetur. **θæλω** Græci omne germinans appellauere. Attici maxime id in oliuis hac uoce nominant. Suidas ait, **θæλω** dici κλεστος, id est, ramum oliue. Columella libro undecimo, capite tertio.

**θæλω**, Oleo surculus. Thallos non oleagineos solū, sed rutigineos quoque ramos nominat interdū. Sunt qui Sclauolas uocent,

## T H E

*θαλλία*, summus, & adhuc crescens in arboribus & plantis coliculus, teste Theophrasto de caussis plantarum lib. 5.

*θαλασσόνερακεύη*, Brassica marina.

Thalassomeli, grēce *θαλασσόμελι*, temperatur equis portionibus, maris, & mellis. Cōfessionem eius lege apud Dioscor. lib. 5. cap. 13. Plin. lib. 31. cap. 5.

*θάμνος σερέος*, ualidus frutex.

*θαυμάδεις*, fruticosa.

*θανάσματα φάρμακα*, quæ aduersantur his uenenis, quæ in cibo, potionue sumpsimus.

*θανάσματα φάρμακον*, id est, mortiferum.

Thapsia quid sit, uide apud Dioscoridem libro. 4. cap. 159.

Thapsi, Atheniensium lingua Sīnapi.

Thapsia. Vide, Ferula.

Thaspidion, Thlaspi.

*θαυμασός*, id est, Iris.

## T H E

Thele, dicitur papilla, seu uberū apex. De qua similitudine fontium tubuli ab Varrone in Rerustica Papillæ dicuntur.

Thelephonon, Aconitum, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 80.

Theliphthoricon, Abrotonon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 27.

Thelipteris, Filix fœmina, apud Dioscor. lib. 4. cap. 197.

*θελπίδη*, id est, Iris. Quanquam Vergilius *θελπίδη* legi debere contendit.

Thelygnon, Psylli species, apud Dioscor. lib. 3. cap. 141.

Thelychamnon, Abrotonon, apud Diosc. lib. 3. cap. 27.

*θηλύς*. Vide, Papilla.

Thelyteris, Tapsia, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 159.

*θηλιας*, uocant caseos fœmineos, qui latiore sunt forma in Creta insula.

*θεμεθλα*, gulæ ipsius intima pars, aut uenbris appellatur.

Themison, auditor Asclepiadis. Quæ initia scripsit a præceptore, illo mox rececente a uita, in sua placita mutauit. Primusq; Theffalo fundamenta iecit insaniæ suæ, ut inquit Galenus. Celebrauit etiam uulgarem herbam Plantaginem uolumine de ea edito. Scripsit item tardarū passiōnum lib. 3. Plin. lib. 29. cap. 1. lib. 25. cap. 7. Galen. Method. lib. 2. Alibi quoq; lib. 14. cap. 17. Autorem summū hunc uocat Plin.

## T H E

nij Cœlius Aurelianuſ libro primo in preſatione.

*θημῆ διάχυσις*, animi laxatio.

Thenar, manus portio interior, a magno digito usq; ad indicem digitū. A quibusdam etiam Ir. θενάρ, palma, uola. Est & in pedibus Thenar.

Theobrotion, Aizoum minus, apud Diſcoridem lib. 4. cap. 92.

Theodoretoſ Democratis quæ ſint, & quo modo parentur, require ex Aecio ſermonē. 13. a fine libri.

Theodorus Medicuſ, citatur ab Aecio ſermonē. 8. cap. 46.

Theorema, ſiuſ ſpeculatio, res eſt uniuersaliſ, medicinæ fini conſequenter accommo data: uel axioma uniuersale, uel totam cō plectens medicinam. Vel,

Theorema eſt huic contrarium quod cōtin gens eſt, cuiuſq; contrariū raro contingit.

Theriston, id eſt, capillaceum, balsami arbuſtorum prima ſpecies.

Theodoricon, Saladin. interpretatur, quaſi a Deo datum: quod ipſe uiderit.

*θεομάντεις* qui ſint, require in diſtione, μαντικὴ appellant.

Theombroti, insignem in medicina peritiā, Ptolomeuſ rex Megalensiſbus ſacrī do nauit centum talentiſ, propter ſeruatū Antiochum regem. Plinius autor libro ſeptimo, capite. 37.

Theon, de frictionib; corporis parū probe ſenſit quædam contra Hippocratem, quæ ab Galeno improbantur libro de Sanitate tuenda. 2.

Theon, et gymnaſtes, et Medicuſ, ut inquit Galenus libro. 2. de Sanit. tuen. ſcripſit libros. 4. Gymnaſticorum, uel de particulařib; exercitijs, ex quibus tertium edidit Galenus de iictionum differentijs contra Hippocratem.

Theophiluſ, insignis Medicuſ Galeni aetate, atq; ab eo etiam in ueneratiōe habituſ. Recitat illius delyrium exempli gratia libro de Symptom. differ. cum morbo cor ruptu ex cerebro laboraſſet.

Theophrastuſ ex Ereſſo Lesbi ciuitate, Aristotelis diſcipulus, & ſucessor: ſic dictuſ eſt, ab oris ſua uiloquentia, cum ante Tyta muſ appellaretur. Habuiſſe fertur diſcipu lorum duo milia. Opera eius quanta nullius alterius a Diogene commemerantur,

## T H E

Inter quæ sunt: libri sex Epitomes in Aristotele de Animalibus. Extant hodie tantum de Plantis, cōuersa Theodoro Gaza. De Lapidibus & Metallis. De Sudore. Item Metaphysica. Emerxit Alexandri Magni temporibus, ut inquit Plinius lib. 13. ca. 16. Excessitq; admodum senex. Autores: Suidas, Strabo, & Diogenes Laertius. Strabo lib. 13. Ex Eresso fuere Theophrastus, & Phanias, philosophi Peripathetici, & Aristotelis familiares. Theophrastus prius dictus est Tytamus. Nam Aristoteles mutato nomine, eum Theophrastum vocauit, simul priorem nominis absurditatem evitant, simul etiam studij facundiam significans. Aristoteles discipulos suos omnes eloquentes fecit, Theophrastum uero eloquentissimum.

Theosebius Medicus, citatur ab Actio lib. 9. capite. 49.

**T**herapentica, sic hodie perperam effertur a barbaris, pro θεραπευτικᾳ.

**T**heria, id est, animalia. Verum nunquam ea uoce usi sunt ueteres, præterquā in bestijs, & uenenatis ijs, quę ictu, morsiue uenenū relinquunt, & in quo exiguo corpore, maxima nocendi uis regnat.

**T**heriaca, θιατεως ἀγων, id est, ex quatuor tantum rebus constans.

**T**heriacen ueram hodie nō habent omnes officinæ, consensu omnium eruditorum: ut pulchres super eare Leonicenus, & Mandardus. Interim tamen tam stupidus est mundus, ut prorsus decipit ubiq;. Plura sūper ea re alias.

**T**heriaca, hulcus quod per se nascitur, & interdū hulceri ex alia cauſa facta superuenit. Color eius uel līuidus, uel niger: odor fœdus, multus, & muco similis. Ipsum hulcus neq; tactum, neq; medicamentū sentit, prurigine tantum mouetur. Celsus lib. 5. capite. 28.

**T**herion, ueteres Græcifolium fici appellaverunt, ab asperitate.

**T**heriaca, quasi demesile. Sic Balsamum uocat Dioscorides lib. 1. fortasse, quoniam ob gracilitatem facile demetatur.

**T**heriaca, locus ubi feræ aluntur.

**T**heriaca, excalfactoriæ medicinæ.

**T**heriaca, calefactiūs.

Thermarum iuuamenta, require ex Victruvio lib. 8. per totum.

## T H E

Thermarum rationem & originem, uariarumq; aquarum nomina, require ex eodē Victruvio libro. 8. per totum.

θερμαινόντα, calefacentia.

Thermæ albæ, uel Albumæ. Vide in dictione, Albæ.

Thermæ Caritanæ, ex calidiorib. Thermis celebres Italiæ quondam, ut inquit Aurelia.

Thermæ Cotylizæ, Italij olim in usu, teste Aureliano lib. 3.

Thermæ Lesbię, & Mytilenizæ, attenuant corpora: conferunt quoq; ischiadicis, & hydropticis. Vide Galen. 4. Methodi.

Thermæ Nepesinæ, & ipse non postremæ olim habitæ Italorum Medicis, ut inquit Aurelianus.

Thermæ Panthermæ, olim celebres in Italia Thermæ, autore Cœlio Aureliano lib. 2. capite. 1.

Thermæ Vesuviæ, olim ipse celebres, bucinatore Cœlio Aureliano loco prædicto.

Thermæ Senanæ, in Italia olim in precio habité, teste Aureliano eodem loco.

θερμος ἥμερος, lupinus sativus.

θερμάντης, a bestijs morsi.

Thesarica, hispanice Plantago.

Thessalus ille est, in quem Methodum sua dixit Galenus, homo iactator, & sui temporis Medicorum Alpha. Vixit etate Neronis, natus ex patre, ut inquit Galen, male lanas carpente, atq; in gynæco educatus. Deleuit hic cuncta maiorū placita, & rabie quadam in omnis qui Medicos perorauit: uerum quali prudentia, quoque ingenio, aestimari uel uno argumento abunde potest, cum monumento suo in uia Apia iatronicem ipsam se inscripsit. Nullus histriōnū par, inquit Plinius, ex quo de triario comitatu regressus in publico erat.

Artem ipsam sex mensibus promittebat: unde plures sibi discipulos breui comparauit. Neq; Geometria, neq; Dialectica, neq; Astronomia, neq; Musica, neq; ullius deniq; bonarum disciplinarū indigere eius disciplinæ studiosos dicebat. Hippocratis Aphorismis summo cū dedecore contradixit: palamq; concionabatur, Hippocrate & scripsisse, & propinasse egrotatibus noxia. Scripsit de Communitatibus librum unum. Item de Syncreticis librum unum. Epistolam ad Neronem unam. Medicinę totius Methodum, Epistolas medicinales

## T H I

decem. Præter ea, quæ a Galeno non com-  
memorantur. Galenus in Therapeut. Plí-  
nius lib. 29. cap. 1. Fuit & alius Thessalus  
Hippocratis filius, ut affirmat idem Gale-  
nus Method. lib. 9.

Thespiana, medicamentū pectorale, apud  
Aecium serm. s. cap. 65.

Theudas, Medici nomen.

## T H I

Thieldones, equorum genus.

Thieu, id est, electrum, teste Xenocrate, a-  
pud Plin. lib. 37. cap. 2.

Thimelæa. Vide, Granum gnidium.

Thinni, præcipua magnitudine. Inuenimus  
talenta. 15. pependisse, eiusdem caudæ lati-  
tudinem duo cubita & palmum. Plinius li-  
bro. 9. cap. 15. Hipplices cum gregatim pre-  
ter Italiam acti elabuntur, et Siciliam attin-  
gere prohibentur, in maiores incurruunt  
beluas, utpote, Delphinas, Canes, aliasq;  
Balenis similes. Strabo lib. 1. fol. 18.

Thius, uel Thium, Astragalus, apud Dio-  
scoridem lib. 4. cap. 65.

## T H L

θλάσις, id est, contusio caluæ, in interiore  
partem impulsio, aut inflexio, concavitate  
integra caluæ cōtinuitate tantam faciens,  
ut liceat in plumbeis, gneisq; uasculis uide-  
re, si foris percutiantur, atq; illiduntur.

θλάσις ὥτῳ, aurium contusio, aurium mor-  
bus, apud Paulum lib. 3.

Thlasma, id est, collisio, magna ex parte ac-  
cidit in carne: quanquam nonnunquā &  
in osse uidetur euenire, idq; maxime in pu-  
eris. Galen. lib. de Morborum caussis. Ig-  
itur si partis ita affectæ externa facies inte-  
gra permaneat, & in profundo sint mul-  
tae & paruæ diuisuræ, huiusmodi morbus

Thlasma, uel Thlasis. i. collisio appellatur.

Thlasma, Lege, Fracturarū ossiū in capite.  
θλάσματα, id est, fracturæ.

Thlaspion, idē qđ Thlaspi. Lege, Thlaspi.  
Thlaspis, herba est angusta, habens folia ad  
digitū magnitudinem, super terram iacen-  
tia: in summo scissa, subpinguia, uirgam te-  
nuem duorum palmorum, adnascentias  
quasdam paucas habentem, & circa totam  
ipsam fructum parū latum in extrema par-  
te, in quo semen paruū simile Nasturcio,  
ad disci figuram, ueluti conuassatum, flo-  
rem subalbūm. Nascitur in uijs & sepul-  
chris. Semen est acris saporis.

## T H O

Thlaspi ignota nostro æuo, etiam uoce est:  
mihi apud Ioannem Augustum Laurien-  
sem Episcopum, uirum & doctrina, & pru-  
dentia, & quod magis est, religione cele-  
brandum, degenti, cōperta herba est, quā  
ueram Thlaspi esse puto. Cappadocā tam-  
en desyderat Galenus, colore ad nigrum  
accidente, maiorē Cretica, & ex quadam  
eius parte ueluti quassam, unde & nomen  
acepit. Galenus Thlaspiam uocat. Plini-  
us libro. 27. cap. 13. Dioscor. lib. 2.  
Thlasposis, secundum Hippocratē id quod  
Thlaspi.

## T H O

Thoam, græce θωαμη, Pollux lupi similem  
in uoce facit, qui cæcos pariat catulos, atq;  
cum leonibus etiam congregatur.

Thoas, luporū id genus est, procerius lon-  
gitudine, breuitate crurū dissimile, uelox  
saltu, uenatu uiuens, innocuū hominī: ha-  
bitum, non colorem mutat.

Thorax, pars quæ a collo usq; ad pudenda  
trunca protendit. Aristoteles libro primo  
de Anim. cap. 7.

Thorax, uenis, arterijs, & neruis constat, re-  
spirationi accommodatus. Galenus libro  
de Definitionib.

Thoracis sedem uocat Hippocrates superi-  
orem uentrem a pulmone occupatā, quæ  
circumscribit & ambit.

θωρακοὶ φενυατισμοὶ, thoracis fluxiones.  
θορακέ, Aphricanorum lingua Raphanus.

## T H R A

Thrachoma, est duricies et asperitas in equa-  
lis, & intra ipsas palpebras innascitur.

Thracias lapis, nascitur in flumine quodam  
Scythiae, cui Ponto nomen est. Dioscor. lib.  
5. capite. 138.

Thrambe, a Pythagora quondam uocata  
Maiorona, apud Dioscoridē libro tertio,  
capite quadragesimo quinto. Lege, Rha-  
psodiam Maioronæ.

Thrasteas, uentus, per th, non per t. Hic &  
Thracias, & Trastias, & Thraustias quoq;  
dicitur, autor Suidas, & Aristoteles. Post  
Argesten, inquit, uentum flat Thraustias,  
quem nonnulli Cœciam quoq; appellant.  
Sed Cœcias, inquit, ab estiuo exortu uenit.  
Cœciam Pausanias Grammaticus, a Caico  
fluvio Mysiae uocatum putauit.

Thraustor, masculi thuris similitudine Am-  
moniacum, quod maxime probatur.

## T H R

Thrasias, ut inquit Theophrastus, tale se cō perisse uenenū aiebat, quod facile, & absq; ullo dolore inferre necem posset. Nec alio quam succo Cicutę, & papaueris, & aliorum huiusmodi. Idq; adeo cōtractum, exiguumq; uidelicet, ad drachmæ pondus, et irremediabile penitus, & tam ualidum, ut quantū tempore perdurare posset, nec quicquam sentiret immutationis. Sed sumendum is Cicutam æstimabat, non unde libuerit, sed ex Suis, & si qua alia loca præ gelida & opaca constant. Nec secus de reliquis, quę debebant addi censebat. Quin et alia multa, & ex multis ijs cōponenda ex cogitauit. Radicū peritissimus habitus est. Vnde & sēpe Hellebori manipulos esibat, nec inde quicquam afficiebatur. Ab illo dictum ferunt: Omnia medicamina propter hominis consuetudinem, si sēpius sumantur, uim suā amittere. Cum enim inaequaliter a natura acceptantur, deuincuntur, conficiuntur, & non amplius ponī inter medicamina debent. Subinde naturas singulatim discernens, alijs medicamen, alijs non esse medicamen afferbat. Meminit Theophrastus historiæ plantarū libro 9. capite, 17. &. 18.

Thrasias, ad dextram Septentrionis flans uentus. Vīctruius.

## T H R E

Threicius lapis, a Threicio flumine a písca toribus assertur: autor Nicander in Theracis. Suspicio esse quem Dioscorides lib. 5. inscribit Thracium lapidem.

## T H R I

Trichiasis, est palpebrarum symptomā, & deflexus, & eorum qui in iplis sunt pilorū generatio præter naturam.

Thridacia, Mandragora foemina, apud Di scoridem lib. 4. cap. 79. Lege, Lactuca.

Θειδανίναι quid sit, require apud Athenēū lib. 1. Dipnosoph.

Θειδανίναι, sylvestris Lactucæ succus, apud Galenum libro. 1. κατὰ γένη.

Θειδαξ, Lactucæ hortensis succus. Ibidem.

Θειδαξ θυετός, Lactuca sativa.

Thrinacia radix, id est, Tapsia: sic dicta ab Syciliæ promontarijs.

Θειναξ, rusticū instrumentū trib. eminētijs, et politis palis, quo etiā aristas terunt: nos forte tridentem possimus interpretari.

Θειον, ab scabricie sic dictū, foliū ficalneum,

## T H R

Triorchis, Satyrorum generis, uel testicūlorum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 143. Triorchis, accipitrum nomen & genus. Plinius lib. 10. cap. 8.

Triossum. Lege, Tricoccum.

## T H R O

Θρόμbos, sanguinis grumi, siue concreti sanguinis partes. Θρόμbos item dicti a Medicis grumi, qui ueſcæ insunt. Continentur interdum intestini, uentriculo, atq; thorace. Eos animi defecatio et color insequi foedus solet. Esse aut̄ non aliud uidetur, quam globatus sanguis ex uasis suis effusus, qui uesicæ meatū obſtruit, offarcitq; quandoq;. Est enim grammaticis grumus terre prominentia, tumulo minor.

Θρόμbos, quoties a puerperio foeminis lac in mammis, non in caseum penitus, sed in exigua frusta, & quasi minimos globulos densatur, & concreſcit; desinensq; fluere puerarum mammis, nō leuiter nocet.

## T H R Y

Thryallis, genus Verbasci, et Phlomi, nimirum tertium, apud Dioscor. lib. 4. cap. 105.

## T H V

Thunno, ut inquit Hermol. Barbarus, & Atheneus, qui dicūt marinos esse porcos, minime discedunt a uero.

Thunnina caro, e Thinnō pisce, cuius meminit Dioscor. lib. 2.

Thuria, Græci priuatim uocant frondes sici. Nicander & folia papaueris sic appellat. Est & edulij genus Thrion.

Thus, aut a uerbo græco θεὸς, aut sacrificiū significante fleſtitur, aut certe a tuſis glebis. Officinæ Olibanū hodie uocant, quoniam græce fortasse λιθάρος. De Thure multa Dioscor. lib. 1. Plin. libro. 12. cap. 14. Strabo lib. 16.

Thus masculum, quod rotundum pependit: cū alias fere non mas uocetur, ubi non sit foemina. Religioni autem tributū, ne sexus alter usurparetur. Plin. lib. 12. cap. 14. Alij sic dictum putant, a specie testium. Vide, Masculum.

Thus quid sit, & quomodo colligendum, uide apud Theophrastum lib. 9. cap. 2, 3.

## T H Y

Thya, Lege, Malus Medica.

Thyia, Lege, Malus Medica.

Thyia, græce θοῖνς, arboris nomen, uerum

## T H Y

nostræ ignota patriæ. Theophrastus lib. 1. inter sylvestres numerauit, quæ perpetuis frondibus virēt, nec Cupresso dissimilem. Vnde crediderunt quidam eam esse, quā Homerus quinto ὁδοντ. & Circe ad dolorem simul et lucem incendi dixit. Et quam Plin. lib. 13. Trogeten ab alijs uocari ait: licet non eisdem literis in Homero & Theophrasto utraq; scribatur, liceatq; ob id, non esse in utroq; eandem suspicari.

Thychir, pharmaci nomen, apud Aecium lib. 11. cap. 12.

Thyeterice, Plantago.

Thyites, lapidis nōmē: in Aethiopia gignitur, subvītri colore Iaspidem imitatus. Dioscor. lib. 5. cap. 145.

Thymbra, Satureia, apud Dioscor. libro. 3. cap. 43. Columella a Saturea diuīsit, & Cunilam nostratem esse uoluit, quam rustici Satureiam nominant. Vide de hoc Barb. Coroll. de Thymbra. Plura quoq; de ea in Commentario Vergili.

Thymelēa item quid sit, uide apud Dioscoridem lib. 4. cap. 183.

Thymiamata, quæcunq; in aris ad suffitum & odorem uaporantur, quæ sacræ literæ aliquando Incensa nominant.

Thymion, arbor Smilax, uel Taxus, apud Paulum lib. 5. cap. 49.

θυμόθόρα φάγματα, apud Homerū ὁδοντ. β. id est, noxia, & animum corruptentia pharmaca. Qualia Thelemachnm allatum ex Ephyra insula proci suspicabātur. Thymos, inter alia Ari cognomentum.

θύμοι, carnosæ quædā quasi uerruculæ sunt, interdum in glande, interdum in præputio exorientes: atque maligni aliqui sunt, alij non. De quib; uide Paulum libro. 6. capite. 58. Vel,

Thymus, tuberculum est interdum rubrū, interdum album, maiore ex parte dolore carēs, corymbis Thymi herbe simile. Paulus lib. 6. cap. 71. Vel,

θύμος nominatur, quod super corpus quasi uerrucula eminet, ad cutem tenuis, supra latior, subdura, & in summo peraspera, id que summū colorem floris Thymi representat, unde ei nomen est. Id facile funditur & cruentatur, nonnunquam aliquantum sanguinis fundit, fereq; circa magnitudinem Aegyptiacæ, raro maior, interdum perexigua; modo una, modo autem

## T H Y

plures nascuntur, uel talis, uel in palmis & inferioribus partibus pedū. Pessima tamen in obscoenis est, maximeq; ibi sanguinem fundit. Celsius libro quinto, capite uicesimo octauo. Verrucæ sunt & Myrmeciae lupini magnitudine, sicut acrochordones fabæ nostratis, quæ pueros maxime infestant: dictæ, quoniam in imo angustæ ita sunt, ut pendere uideantur. Myrmecie uero uocantur, quoniam formicæ modo puniant. Plinius Verrucas utrumque genus uocauit. Nos distinctionis gratia Myrmecias formicas, acrochordones Verrucas dicemus. Aut priores illas sessiles Verrucas, Acrochordones uero pensiles. Nam informationes corporis ( quo uerbo Plinius libro uigesimo octavo usus est ) mulierum crinibus ad id probatis, si non sunt quas Græci Myrmecias uocant ( nam & cōtra Verrucas adhibētur ) nondū liquet. Thymoxalme, quasi Thymata salfilago dicitur. Vsus eius ueteribus fuit, ut est apud Dioscor. lib. 5. cap. 17.

Thymum herba, siue Thymia, siue Thymus, ab omnib. cognoscitur, describiturq; ab Dioscoride libro tertio, capite quadragesimo secundo.

Thyon. Lege, Malus Medica.

Thrysion, uel Thryssos, Thymos, quia olim Bacchicas hastas, quas in orgijs eius dei Thryssos uocabant, pro hederis, ramulis Thymis inuoluebant.

Thrysion, Dionysias, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 135.

θυρίκη quid sit, require in dictione, καρποκήρη appellant.

## T I C

Ticianus Medicus, citatur ab Octauio Horaciano lib. 4.

## T I G

Tigris, uel Tigrides etiam apud Solinum uide cap. 27. ex Plinio tamen mutuata.

Tigris animal uelocitatis tremenda. Plin. lib. 8. cap. 18.

## T I L

Tilia, arbor est Ligustrī magnitudine, folijs oleæ, nigrioribus & latioribus, fructu lentisci, nigro, subdulci, racematim coherente, & in asperis nascitur, ut inquit Dioscorides libro primo. Græci uocant φυλυρέα. Vide etiā Plin. lib. 18. cap. 28. lib. 16. cap. 14. lib. 21. cap. 5. Theoph. lib. 3. cap. 4.

## T I

### T I M

Timachrides, scripsit de cœnis, & citatur ab Hermolao Barbaro in Coroll. capite de Rosis.

Timoros, apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

*τιμωγενσας*, id est, conferre, tum apud antiquos, tum apud Hippocratem ipsum, sepius pro *θολησας*, id est, auxiliari dictum est, ut testatur Galenus lib. 1. Commentariorū de Ratione uictus in acutis.

### T I N

Tineæ, fiunt ex puluere in lanis & uestib. Plinius lib. 11. cap. 35. præcipue si araneus una includatur.

Tineosus, plenus Tinearum, qui sunt tiermes quos alueorū Tineas uocant. Tineas in libris gigni testatur Epigrammatista. In homine prouenire longitudine pedum tricenum refert Plinius. Columella libro 9. capite. 14.

Tiniaria, *πόλιον*.

Tinnunculus, avis defendens columbas, & terrens accipitres naturali potentia, instantum, ut uisum, uocemq; eius fugiant. Plinius lib. 10. cap. 37.

### T I R

Tiricta, secundum Aphros, Gingidium.

### T I T

Tithymal is septem genera, uide apud Di- scoridem lib. 4. cap. 168. Dicimus autē Ti- thymalum, & Tithymalus, penult. prod.

Titinabulum terræ, Limonium, apud Dio- scoridem lib. 4. cap. 19.

Titinum, Atticum uocabulum, pro Sitanum: sic dictum, quasi purum.

Titthia, mammæ muliebres.

*τιτθη*, nutrix. De nutricum institutione, & quales oporteat esse, uide Paulum libro. 1. capite secundo.

Titus, discipulus Asclepiadis, scripsit libros de Anima, ut inquit Aurelianus.

### T O B

Tobion, Stoebe, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 14.

### T O G

Togetes, Lege, Malus Medica.

### T O M

Tomacinæ, que apud alios tomaculæ, & canacæ, edulia ex carne porcina.

*τόμη*, taleola.

Tomei dentes, qui cibos incidunt.

Tomentum uocatur omne id, quo culcitrae

## T E

ad molliorem & calidiorem quietem infarciuntur, siue id lana sit, siue pluma, siue quod uoluerit aliquis excipiendis molliter, & fuentis calore corporibus nostris aptum. Sic Suetonius, sic & alij permulti interpretantur. Barbarus & Lomentum, & Tomentum censem legi posse in Dioscor. lib. 3. cap. 131. cap. de Guaphalio.

### T O N

*τονικας*, quæ robur inferunt medicamenta, apud Paulum lib. 3. cap. 18.

Toni, nerui in stomachi lateribus.

Tonus, spacio uocatur id, quanto abest a terra circulus coeli citimus, hoc est, lunaris, centum uidelicet uiginti sex milia stadiorum, autore Marciano, ut alios prætereram. Quoniam ut in sonis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus sonis inter se diuersis, ita in coelo minimū a terra spacio ad lunam tonum appellare placuit. Huius mensuræ dimidium Hemitonum. Tonus uero cum Hemitonio proportionem facit sesquiplam, hoc est, sesquialteram,

### T O P

Topiaria, Acantha, Dioscorides libro tercio, capite. 18.

Topiaria, in hortis opera ex arboribus, aut fruticibus, aut herbis facta ad decorem; ut sunt, testudines, cameræ, naues, columnæ, auiculæ: quæ ex sansufo, libanotide, hedera, buxo, alijsq; herbis atq; arboribus fieri conspicimus. Dicta ἡπό τῷ τόπῳ, hoc est, locis, quæ in ijs uaria constituuntur. Cicer. Topiarum laudauit, ita omnia conuestiuit hedera. Plinius. Accidit in topiario opere lauri genus. Idem. Ramos spargit, a radice topiarij, ac coronarij operis. Hinc Topiarij, qui topiaria faciunt: sicut Coronarij, qui faciunt coronas.

Topiarum opus quid in Ruelliana, & Hermolai Barbari, Dioscoride interpretatio sit, uide in dictione, Scenæ.

Topica remedia, id est, localia,

### T O R

Tomentilla, Quinquefolio herbæ similis est, nisi quod septem fere, non quinq; folia habet. Lege Hermol. Barb. Corol. in dictione σαρξιφαγού.

Tormina, morbus est intestinorum. Graci uocant Dysenterion. Intus intestina exulcerantur, ex his crux manat, frequens def. in

## T O

īciendi cupiditas, dolorq; in ano est. Tor-  
minosi dicitur laborates hoc genere mor-  
bi. Mar. Tullius. Torminosos quoq; dici-  
mus quosdam, non quia patientur tormi-  
na, sed quia proclives ad hoc genus egritu-  
dinis. Colum.lib.12.cap.39. Vide, *σεοφοι*.

Torosum, pulposum, musculosum. Ouid.  
Colla torosa boum. In Tusculanis questio-  
nibus ait Hercules: O brachia, o lacerto-  
rum tori. Plinius scribens de hortensibus,  
decenter dixit, quod inula torosior est. Co-  
lum. lib.6.cap.1. Sic & in uitibus tori sunt.  
Torpedo piscis, nouit uim suam ipsa, nō tor-  
pens, inersacq; in limo se occultat, pisces qui  
securi natantes obtorpuere corripiens. Pli-  
nius lib.9.cap.42.

Torpedo. Lege, *τρέπης θαλασσα*.

Tortuum. Cato fecatum uinum appellat,  
quod ex fecibus uini expressum est. Consi-  
mile est Tortuum, quod post primam pres-  
suram ex torculari exprimitur circumcisio  
uinaceis: unde & Circumcidaneum no-  
minatur. Cato. Tortuum mustum circumci-  
daneum suo cuiq; dolio diuidito, additoq;  
pariter. Est alterum uini genus, quod Pre-  
liganeum uocant, quod operarij bibunt:  
Græci Deuterias appellant. Generali uo-  
cabulo omnia uina secundaria, nostri Lo-  
ram, fiunt maceratis aqua uinaceis. Colu-  
mella lib.12.cap.36.

Torineton, panis ex pulticula confecta.  
*τρεπήματα τὸ ξυλόν*, racementa & scrobes  
lignorum.

Torsmiton, ex pane pulticula.

Tortelle, biscotelli de simila. Saladinus.

Tortores equi quisint, lege, Succussarij.

Tortura oris, græce, spasmos cynicus.

## T O X

Toxicon, Ladani genus alterum, quod fu-  
nibus colligitur.

Toxicum inde nomenclaturā uidetur mu-  
tuasse, quod barbari sagittas, cuspidesq; su-  
as, quæ *τρεπήματα* appellantur, eo infici-  
unt. Paul. lib.5.cap.54. Diosc.lib.6.ca.20.

Toxitesia, Artemisia, apd' Diosc.li.3.ca.125.

Toxaris, Medicus Scytharum, apud Luci-  
anum in Hospite, uel de Anacharside.

## T R A

Trabecula, ad similitudinē trabis, cœlestis  
ignis inflammatio.

Tracheæ *χειλαῖ*. Lege, Chame.

*τρέχηλος*, collum.

## T R

Trachiæ, piscium genus. Plin.lib.9.cap.15.  
Lege, Buccina.

*τρέχυτης*, intra palpebras asperitas.  
*τρέχωμα*, ut inquit Paulus, scabricia est pal-  
pebrarū interior: sicut in eadem parte gla-  
britas, hoc est, defluuium, madarosis, &  
milphosis.

*τρέχυσμοι*, erosiones, exulcerationes.

Tracta, cere cognomentum: quod ex eo il-  
li euénit, quia uarios in colores pigmentis  
trahitur.

Traduces in arbustis fiunt. Hoc autem uo-  
cabulo utimur in uitibus, quæ ex arborib.  
in arbore traducuntur. Traduces quidam  
Rumpos appellant, a traducendo nomi-  
natos. Traducem bimum antiqui præcide-  
re solebant, ut ita transilem facerent. No-  
uariensis agricola traducum turba nō con-  
tentus, nec copia ramorū, impositis etiam-  
num paribus palmites circumvoluit. Hie-  
ronymus, Augustinus, Ruffinus, ceteriq;  
ecclesiastici scriptores curiose disputando  
disquirunt atq; uestigant, Nunquid anima  
ex traduce propagata sit, tanquam semen  
ex semine? Tertullianus oppido quam de-  
center scripsit, famam serpere in traduces  
aurium atq; linguarū. Mendosi sunt Ter-  
tulliani codices impressi, in quibus dictio-  
nes perperam distincte leguntur. Nam cū  
in traduces linguarum, fuerit scribendum,  
sicut nos legimus, uitiose impresserunt, in-  
tra duces, corrupto uocabulo elegantissi-  
mo, & sensu. Colum.lib.4.cap.29.

Tractilia sunt, quorum superficies in latus  
porrigi potest. 4. Meteo.

Tragacantha, siue Tragacanthos, radicem  
spinæ albæ continet, atq; in Creta tantum  
nasci credita. Dioscor.lib.3.cap.22.

Tragelaphus, est eadem specie cum ceruo,  
barba tantū & armorū uillo distans, quem  
Tragelaphum uocant; non alibi, quam iuxta  
Phasim amnē nascens. Plin.li.s.ca.33.  
*τρέχης*, Tragos uepres, apud Dioscoridē  
lib.4.cap.54.

Tragium, nascitur in Creta, Lentisco simi-  
le. Vide Dioscor.lib.4.cap.52.

Tragoceros, Anemone.

Tragoceros, Tragium alterum, uel minus,  
, apud Diosc.lib.4.cap.53.

Tragoceros, Aloe, apud Diosc.lib.3.ca.24.

Dragonoton, Lycnis agrestis, apud Dio-  
scor.lib.3.cap.114.

## T R

Tragopanadem uocant maiorem aquilam; cornua in temporibus curuata habentem, ferruginei coloris, tantum caput puniceo. Plin.lib.10.cap.49.

Tragoriganum, Origani quarta species, tenuis frutex, & sylvestri Serpillo similis. Vide Dioscor.lib.3.cap.33.

Tragos,i,hircus,peculiaris uiti morbus, in portunis uentis germinibus abscissis, uel imperitia colentium oblesis. Theodorus Articulationem uocauit. Hircescere porro uites dicuntur, cū infecundæ fiunt: quo niam hircus animal, ut inquit Aristoteles, sterile scit pinguedine.

$\tau\epsilon\alpha\gamma\theta$ , intra aurem neruus quidam: e regione cuius est quem uocant  $\alpha\pi\pi\tau\epsilon\alpha\gamma\theta$ .

Tragos; alia ab Tragio, Asiana uepres, apud Dioscor.lib.4.cap.54.

Tragos, tertium genus spongiarum pisci, scilicet asperum. Plin.lib.9.cap.45.

Tragus, panis genus, quod fit ex Zea, ut inquit Galenus.

Tragion fruticem sola Creta insula gignit, Terebintho similem & semine, quod contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt. Plinius lib.13.cap.21.

$\tau\epsilon\alpha\gamma\iota\sigma\tau\epsilon\tau\epsilon$ , pueri apud Aristotelem libro 7. Historie animalium, ab alarum odore, quasi hircientes; cum pubescentes, Venereum cognoscere incipiunt, & uocem in sonum asperiorem, inquam quibusc mutare.

$\tau\epsilon\alpha\gamma\iota\mu\kappa\sigma\chi\alpha\lambda\omega\iota$  apud Plautum, qui uirus alarum olen.

Tragontes, ab Alexandro Aphrosydeo uocantur, qui hircorum uocem imitantur: metaphorā, ut ipse inquit, ab hircorum uoce dūcta, propter arteriæ asperitatem.

$\tau\epsilon\alpha\gamma\iota\pi\omega\gamma\omega\iota$ , hirci barba. Est & in Trago pisce nigricans illa sub gula pars,  $\tau\epsilon\alpha\gamma\omega\pi\omega\gamma\omega\iota\omega\iota$ , ut inquit Athenaeus.

Tragos quandam Halice figuram gerit, cognomine  $\sigma\iota\theta\omega\theta\iota\iota\iota\iota$ , hoc est, Cerealis, ut ab herba Trago distinguatur. Tria igitur significat Tragus: scilicet, animal, herbam, & frugem. Addunt alij etiā uirosum odorem, qui sub alis sentitur. Plura lege apud Plinium lib.18.cap.7.&.10. Dioscor.lib.2. cap.31. et inibi commentarios scriptorum. Trahi, est superficiem perpetuam existentem, uersus id ipsum porrigi, quod facultatem mouendi obtinet. 4. Meteor.

Trambi, Lege, Neutrines.

## T R

Transitus motus uniuersorum cum iunctate, quādo uidelicet imperat princeps animē pars, et spiritus qui in neruis est suffragatur & inferuit, extendit, transfertq; membra. Galen.de Definit.

$\tau\epsilon\alpha\pi\epsilon\zeta\iota\iota$ . Vide Momistum.

$\tau\epsilon\alpha\pi\lambda\theta\iota\iota\iota\iota$ , blestæ.

$\tau\epsilon\alpha\pi\mu\alpha\tau\alpha\alpha\phi\lambda\epsilon\gamma\mu\alpha\tau\alpha$ , uulnera nō inflammatiæ, uulneratius. (mata.)

## T R E

Tremor, uel palpitatio, est eleuatio & submissio corporis cedentis, & nō resistentis, quæ a spiritu fit: non autem semper sequitur, sed statim temporibus. Aliter sic,

Tremor, est eleuatio, & submissio corporis musculosorū, quæ a spiritu fit, non semper quidem, sed aliquando eveniens.

Tremulus pulsus. Lege, Pulsuū differētiae,  $\tau\epsilon\pi\pi\iota\kappa\iota\iota$ , uirtus quæ pastum tribuit membris.

## T R I

Triasandalī, barbare pro tribus generibus Sandalorum.

Tribolion, Lotus urbana, apud Dioscoridē lib.4.cap.112 Vocatur & Lotus sylvestris;

Tribulare, id est, frequenter uertere & uoluere nodo: quo modo frumenta conuentur, ne marcescāt, atq; putrefascāt: a tribula frumentaria, qua frumenta olīm terebātur. Tribulum, frumentarium instrumentum, faxo, uel ferro exasperatū, quo fruges extundebantur.

Tribulus, apud Dioscor.lib.4.cap.217.

Tribulus aquaticus, apud Diosc.li.4.ca.17.

Tribula, & Traha, nomina sunt instrumentorum rusticorum, quibus ad terendo frumenta utuntur agricultæ. Seruius interpr̄tatur esse genera uehiculorum, enarrans ille lud Vergilianū: Tribuleq; trahæq; & ini quo pondere rastrī. Sic em̄ scribit. Tribula genus est uehiculi, quo teruntur in area fruges. Traha quoq; genus est uehiculi, dicta a trahendo, nam non habet rotas. Tribula a terendo dicta autumant. Fit aut̄ Tribula ex tabula lapidib, aut ferro exasperata, que imposito auriga, aut pondere grandi trahi tur iumentis iunctis, aut discutit ex spica grana; aut ex assibus dentatis cum orbiculis, quod, ut inquit M. Varro. Plostenū Pœmicum appellant. Colum.lib.2.cap.21.

Trica, Geranion, apud Diosc.lib.5.cap.129.

$\tau\epsilon\iota\chi\iota\sigma\iota\iota$ , quam recte capillationem dixeris, angustissimam hogme est, sensum plæ-

## T R

runcip fallens, eamq; ob caussam latēs. Quę  
quia nō satis se ostendit, mortis caussam sā  
pe affert. A capillis etiam Græci nomina  
uerunt: quoniam angusta, exilis, & sen  
sum fugiens, quales capilli sunt in calua ca  
pitis discurrentes. Vide in ῥωγκῇ.

τρίχες, pili. Theo. Idill. ε. τις τρίχας ἀντε  
τρίχωμ ἐποκίσατο:

Trichiæ, piscium genus. Plin. lib. 9. cap. 15.  
τρίχιασις etiam eruptio pilorum pr̄eter na  
turam in ordine palpebre ex reumate pro  
ueniens.

τρίχόλαβος, uulsellæ, Chirurgicum instru  
mentum, quo ea quæ in aurem inciderunt  
extrahūtur. Vtitur eo Paulus libro sexto,  
capite. 24.

Trichomanes, Capillus Veneris, apud Di  
oscoridem lib. 4. cap. 137.

τρίχωτόν, Aristoteles intelligit quod capil  
lis integitur.

Tricoccum: sic Galenus uocauit Mespilū,  
a tribus granis que habet: quasi Trifolium  
dicas, aut Trigranium.

τριδάκτυλος, id est, Agnus castus, Vitex,  
ἄγνωστος.

Trifarīs, Cytisus, apud Columellam.

Trifolium maius, Cytisus, apud Dioscori  
dem lib. 4. cap. 14.

Trifolium minus, Lotus sylvestris, apud Di  
oscoridem lib. 4. cap. 113.

Trifolium odoratum, Medion herba, apud  
Dioscoridem lib. 4. cap. 21.

Trifolium, quid reuera sit, uide apud Dio  
scoridem lib. 3. cap. 122, & lib. 4. capite. 36.

Lege item, Polium.

Trifolium acutum, nascitur in Sicilia pluri  
mum, ut inquit Scribonius. Est autem fo  
lijs in specie & numero similis communi  
Trifolio; nisi q; hęc pleniora sunt, & quasi  
lanuginem quandam super se habēt, & in  
extrema parte quasi aculeum super se emi  
nentem. Sed huius frutex duorum pedum  
interdum, aut etiam amplior conspicitur,  
& odorem grauem emitit: quod pratense  
Trifolium non facit.

Trifera, unde nomen habeat, nō admodum  
cōpertū habeo. Interpretatio Saladiniqua  
ab renascentia interpretatur, non arridet.  
Sunt autem plures apud Nicolaū Trifere.  
Trigo, piscis. Plin. lib. 9. cap. 48.

Trigonion, uel Trigonon, Medion herba,  
apud Dioscor. lib. 4. cap. 21.

## T R

Trigranium. Lege, Tricoccum.

τρίγλαυ, Mulus, piscis.

Trimachion, Hippuris, apud Dioscoridem  
lib. 4. cap. 49.

τρίμυτος μιαρωμάτων πῶμα, id est, potio ex  
aromatibus concinnata.

Trimodia, nomen est uasis a mensura tritum  
modiorum. Satoriam uocat: quoniam ex  
ea satores semina iaciunt in satione semi  
num. Colum. lib. 2. cap. 9.

τριόσολον, Hemidrachmam: atq; sic inter  
pretatus est Pauli interpres lib. 3. cap. 20.

Tripedalon, Prassium, apud Dioscoridem  
lib. 3. cap. 118.

Tripodion, Lotus urbana, apud Dioscori  
dem lib. 4. cap. 112.

Triphalites, Cyclaminos, secundum Zo  
roastrem.

Triphon, Medicus, citatur ab Aureliano li  
bro primo.

Triphyllon, Cytisus, apud Dioscoridem li  
bro. 4. cap. 14.

Triphyllon, Lotus urbana, apud Dioscor.  
lib. 4. cap. 112.

Triphyllon, Maiorona, apud Dioscoridem  
lib. 3. cap. 45.

Triphyllon, Medion herba, apud Dioscor.  
lib. 4. cap. 21.

Triphyllon, Staphisagria, apud Dioscor.  
lib. 4. cap. 158.

Triphyllon, Trifolium, apud Dioscoridem  
lib. 3. cap. 122.

τριφύλλος. Lege, Rhapsodium Maiorona.

Trissago palustris, Scordium, apud Dio  
scoridem lib. 3. cap. 123.

Trissago, Chamædrys, apud Dioscoridem  
lib. 3. cap. 111.

Trithalles, a terno flore Aizoum maius di  
ctum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 91.

Triticum multis integitur tunicis, hordeū  
nullis. Culmus quoq; tritico altior q; hor  
deo: spica quoq; remotior a folio: palea  
suauior, mollior, succosior.

## T R O

Tritonem pisces Tiberio principi nuncia  
uit Olissiponensium legatio. Plinius libro  
9. capite. 5.

Trochilus, rex auium in Italia, parva auis,  
quæ trochilo est caussa sua perditionis, si  
quando perimere hanc cupit ichneumon.  
Plinius lib. 8. cap. 25.

Trochisci, pilulae sunt maiuscule, quos alii

## T R

Pastillos: pperā nostrī et officinē Trocīscī. Trochlea, siue Trochalia, instrumēta cum orbiculis, ad subleuanda & deprimenda onera.

Trochiscus, est quædam rotunda confectio cum quadam depressione, ad modum lupi ni, & quandoq̄ sit in longitudine quadam & rotunditate.

Trochiscorum nomina apud Nicolaum indita sunt, partim ab cōpositoribus, partim ab ingrediētibus effectibus, partim ab effēctibus ipsis. Vide, Pastillos.

Trogete, nota Homero arbor, ab alijs uocatur Thya. Hanc inter odores urū tradit in delicijs Circes, quam Deam uolebat intel ligi. Magno errore eorum, qui odoramen ta in eo uocabulo accipiūt, cum præsertim eodem uersu cedrum, laricemq̄ unam trādat. In quo manifestum est, de arbore tan tum locutum. Vide de hac Plinium libro .13, capite. 16.

Troglytæ, passerculi in oppidorum muris, & turribus nidificantes.

Trometa oua, id est, tremula.

τρόμος, id est, tremulus.

Tropei uenti, e mari terram impetentes & infestantes.

τρόπαια dicūtur, quæ probe alūt & nutriūt.

## T R V

Trua, Lege, Trullum.

Trulla differt a Trullo, sicut matellio a mateola, siue matula Catoni, quæ omnia uaso rū sunt uocabula. Nam Mateola genus est Marculi apud ipsum Plinium. Trulla uero & instrumentum illud uocatur, quo te ctoij linendis, complanandisq̄ fabri mūrarij delutare solent. Vnde uerbum trullissare Vitruvio.

Trulleum uas, quo manus perluūtur. Trulia tamen & Trua uas, quo e culina in latrīnam aquam fundunt.

Trullissare, Vide, Trulla.

Trunculos existimāt quidam edulij genus esse, frustulatim cōcisis carnibus cōstans. Meminit eius dict. Celsus libro secundo, cap. 19. Quanquam corruptum esse locum existimat Cesarius, atq̄ pro Trunculi, legendum Ventriculi.

Trufatiles molæ, alio nomine Manuariae, quod manib⁹ trudantur.

## T R Y

Tryas, Epimedum, apud Diosc. li. 4. ca. 22.

## T R

τρύγλαι. Lege, Mulum.

τρυγωψ, id est, Pastinaca pīscis, alias & tur tur. Plin. lib. 9. cap. 32. Sed nullū usquā exē crabilius, quam radius super caudam emi nens Trygonis, quā nostri Pastinacam ap pellant, qui arbores infixus radicē necat, armatq̄ ut telum perforat. Hinc apud Au sonium: Letalisp̄ Trygon, mollesq̄ pla tessæ. Lege, Pastinaca.

τρυφερόχωτος, habens teneram cutem.

τρυσμός, uel τρισμός, nam utroq̄ recte scri bitur, siue per v, siue per i. Est autem uen tris flatus cum quodam stridore. De Flatib⁹ uide plura apud Galenum libro. 3, de Symptomatum caussis.

τρύγονος θελάστης, pastinaca marina.

θένος quidā herbam, alijs luncū esse uolunt.

## T V B

Tubecula, Lege, Erythacus.

Tuber terræ, Cyclamīnos.

Tubera, rotundæ radices sunt sine caule, si ne folijs, flauescentes. Credidit antiquitas cognitionem illis esse aliquam cum cœlo, nec nisi tonante Ioue nasci. Plin. lib. 19. ca. 23. Dioscor. li. 2. Quod in Satyra Aquinas Poeta monuit dicens: Et facient optata to nitrua coenas maiores, Zunesta tarenso la, Italice.

Tuberculum alſquando nominat Hippoc. quod in alijs uocare est solitus suppurationem, ut lib. 7. Aphor. s.

Tubi, & per diminutionē Tubuli, sunt quædam quasi uasa fistilia, oblongaç, instar fistularum, quibus utimur ad ductus aquarum conficiendos. Plinius tradit aquas a fonte duci fistilibus tubis utilissimum esse: & ut autor est Vitruvius, salubriores sunt aquæ quæ ducuntur per Tubulos fistiles, quam quæ per fistulas ipsas plumbeas. Plinius hoc idem memorans, Cola fistilia uocat, quæ Columella Tubulum fistilem ap pellat. Plinius uerba sunt hæc. Est & luxu riosa ratio uites cædi, ut quatuor malleoli uehementi uinculo colligentur in parte luxuriosa: atq̄ ita uel per ossa bubuli cruris, uel per cola fistilia obruantur bīnis eminētibus gemmis. Et mox paulo ait. Tales uiuæ acinos nihil intus ligni habituros Co lumella promittit. Col. lib. de Arbor, ca. 9. Tubulus fistilis, fistula maior.

## T V C

Tacularis, Gnaphalia, apd' Dio. li. 3. ca. 131.

## T: V

## T V . L

Tuleum Brassum, Niceratum, Petronium, Nigrumq; & Diodotum, herbarum scriptores fuisse, quanquam infelices, Dioscorides meminit, his uerbis. Iunioribus autem nequaquam assentiendum: ex quorū numero Bassus est, Niceratus, Petronius, Nigerq; & Diodotus, Asclepiadēq; oēs, &c.

## T V . M

Tumor propriè uocatur, cum incrementū naturalem statum excedit, atq; non modo ægris in qualibet particula, sed etiam sanis adest. Galen. lib. de Tumoribus.

Tumores in scroto contingunt, hydrocele, enterocele, hydronerocele, infocele, psoracele, epiplocele, enteroporocele.

## T V . R

Turbinator lingue pars uocatur Proglottis: carunctula uero, qua connectitur inferiori parti oris, nuncupatur Hypoglossis. Turbith. Quid per Turbith intellexerit Me sue, difficile est diuinare. Nec enim cū Serapione conuenit, Tripolium intelligentia: nec cū Dioscoride, radicem Pityusē sic uocante, folio enim hoc Pini, illud Isatidis constat, non ferulæ. Sed neq; id pingere uide detur, quod passim in officinis nunc pro Turbith uenditur. Siquidem ut a fide dignis intellexi, ex planta accipitur, quæ folio Myrti constat. Hæc Manardus.

Turchis, accipitrum nomen & genus. Plinius lib. 10. cap. 8.

Turdi. Lege, Saxatiles.

De Turdis uide Plin. lib. 10. cap. 24.

Turionum uocabulo, quod infrequens est, significari uidentur teneritudines ramiculorum in summitatibus arborum. Columella lib. 2. cap. 47.

Turma, idem quod Lepidion.

Turpæna, piscis marinus: a quo Cerati quoddam genus, ad duricias emolliendas appellatū est a Medicis, ut est apd' Paulū.

Tursiones, Delphinorum naturam habet. Distant autem tristitia quidem aspectus: abest enim illa lasciuia, quæ est in Delphini: maxime tamen rostris, caniculariū maleficentia assimilari. Plinius libro nono, capite nono scribit.

De Turturibus uide Plin. lib. 10. cap. 24.

Turunda, panificij genus.

## T V . S

Tusianus, & Dinus, ambo discipuli Apo-

## T Y

nij: uerum Tusianus cum uideret sibi non admodum succedere artē curandi ( est em̄ non solum artificium medicina, uerum etiam donum Dei ) relictā professione, Monachus Charthusianus effectus est. Dinus Chirurgici Brunonis filius, Bononiæ docuit primum, deinde Senis. Iuuenis admodum in tertiam & quartam Fenauicennę scripsit quedam. Item in Galeni librum de mala Complexione. Item in Hippocrate de Naturae foetus. Sed & sacrarum literarum peritissimus fuit. Vixit sub Ioanne 22. Pontifice.

Tussicularia medicamina, quæ arte Medicorum ad tuſsim cōpescendam conficiuntur. In quibus, quo quisq; iactantior est, ut laudem consequatur ab Pharmacopola, cui interim rei eius lucrum cedit immodi- cum, tanto plura congerit electaria, & tabulas, & syrups, compositis interim miscens composita. Atq; huiusmodi interim magistrales uocantur cōpositiones: & qui ista corradunt, confunduntq; artis scilicet magistri summi celebrantur: & qui imposturas huiusmodi non nouit, uel odit potius, synceritati studens, ne interim sumptibus nimis degrauet ægrotum, apud illos trasones aut nullus est, aut Medicus plus quam uulgaris, triuialis, & ruralis, indignus qui uel diuitibus, uel Principib, uiris medicitur. Quibus ego id probri uice uicissim obiecero: nunquam me felicem effectum consecutum, aut per quam raro, simplicibus medicamentis persepe, & summa etiā cum laude.

## T Y . L

τύλοι, clavi.

Tylonia, inferna pedis portio uniuersim.

Tyllastis, idem qui & Oxylapes panis.

## T Y . M

τύμπα, uulnus. Theo. ὁσίχορ է si τὸ τύμπα, η ἀλίκορ ἄνδρα δομάσθει.

τυμπανῖτης, hydropisias species, sic dicta à tympano, notissimo omnibus musico instrumento, in quo plus spiritus, aquæ uero minus. Copiosius enim in hoc spiritus intus est: & si percutiatur, tympani more resonat.

## T Y . P

Typha, foliū edit Cyperidi simile, caulem album, leuem, æquabilem. Meminit eius Dioscorides lib. 3. cap. 132. Plin. lib. 18. ca. 8.

## T Y

Plutarchus cap. 2. de Naturalibus caussis, Barbarus differre existimat a Tipha, quæ frumenti genus est, & per literam iota scribitur. De quo uide illius Corellarium distinctione, Typha.

Typha tritico similis, ut inquit Manardus, paruum triticum nominatum. Locus est lib. 12. epist. 6.

Typhodes, febricula quæ iocinoris sacris ignibus correpto prouenit.

τυφών. Lege, Fulmen.

τυφώνια, genus delirij cū furore mixtum.

τυπικός, περιοδικός, idem.

τύπος, uel nymphæ, cauitas quæ est in labro superiori.

Typus, est incensionū, remissionumue statuta repercussio. Velsic,

Typus est tempus passionis, quod ad accessionem & intermissionem fieri contingit.

## T Y R

Tyria, morbus alopecia, secundum Haliabatem, & Auicennam.

Tyriamethystus, purpure genus; sic dicitur a colore amethystino.

Tyriamethystus color. lege, Color uarius.

Tyrinon sylvestre, Chelidonia minor. De qua uide Dioscor. lib. 2. cap. 201.

Tyrius color. Lege, Color uarius.

τύρη, ἡ τυρόεις, Caseus. Theo. ἡ τυρόευτα μέγαρα λευκοῖο γάλακτος.

τυρός ἵππων, caseus equinus.

τυρός νεαρός, recens caseus.

τυρός, de lacte proprie dicitur, quādo densatur, coitq; in caseum.

## V A C

**V**Acerras dicunt stipites, & perticas, ad quas equi religari solent. Alibi docet Columella, Vaceras appellari genus clavorum, accipi q; pro longuris, siue perticis. Columella libro sexto, capite. 18. Erat & apud antiquos Vaccerra nomen maledicti.

Vaccina fames, Βουλία græce.

Vacia uocatur, cū in exteriorē partem crus reflectitur: Varus autē est, cui contrariū fit.

Vacillatio, apud Auicennam morbus oculorum, quæ Græci uocant τάραξις, de quo lege dictionem Taxaxis.

Vacinum, Hiacynthus, apd' Dio. li. 4. c. 65.

Vacuum, est locus nō repletus corpore, natus repleri. Secundo, est dimensio omnia in se corpora non cedendo recipiens. Ter-

## V A

tio, quod corporibus immersum plenum non est.

## V A G

Vaginam uocant herbae, id, sub quo herba ipsa latet.

## V A L

Valentia, Artemisia tenuior. Barbarus in Corollario.

Valerij Flacci Viterbiensis, solum nomen lego, & quod sub Xisto. 4. floruerit, insignis eruditionis iuuenis, qui ante matutinæ ætatem naturæ concesserit; palam indicans, nullam artis cognitionem tam præcellentem esse, nullum etiam pharmacum, quod uitæ terminum præstitutum queat remorari.

Valetudinarium, locus quo egroti curantur, elegati uocabulo nūcupatur. Seneca. Omnes in eodem ualetudinario iacemus. Mos hic prope peculiaris est religiosorū, ut Valetudinarium etiam templatim habent, quo infirmi continentur ac curantur. Columella lib. 11. cap. 1.

Valgi uocantur, qui altrinsecus prominentes suras habent, & in diuersum actas: quæ les cancri habent & lacerte, teste Aristot.

Valuuli, folliculi leguminum. Item, Valuuli, sunt folliculi & siliquæ fabarum: quasi Valliuoli dicti, quia uallo fabis excutiantur. Colum. lib. 2. cap. 12.

Valgi. Vide, Varipedes.

Valgiare, Ibidem.

Valgium, Ibidem.

Valgius, post Catonem, inquit Plinius, Romæ tentauit quidem scribere quædā in medicina, homo non solum eruditus, uerum etiam spectatus: sed repugnantibus sati, nihil effecit. Plinius libro. 28. cap. 2.

Vallatur, hoc est, statuminibus fulcitur uitis. Viduatur item, quando emoritur; quæ instar mariti sit. Statamina autē uocantur adminicula, pali, pedamenta, quibus statuitis tenera, atq; fulcitur: & ita intellige exponeq; statamina apud Columellam haec uoce crebrius utentem. Apud Vitruvium statamina, & statuminationes capiuntur pro solidationibus pauperum, & statuminare pro munire, ac solidare. Colum. lib. 4. cap. 2.

## V A N

Vanni, sunt cribra quibus frumenta purgantur. Vnde uerbum Varronianum, Euanare, quod est, per Vannos expurgare. In